



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Archi-||dioeceseos || Colonien-||sis Descriptio || Historica

Henriquez a Strevesdorff, Martinus

Coloniæ Agrippinæ, 1652

Bedtbvrgvm.


urn:nbn:de:hbz:466:1-12065

9. P Rodit jure pari Illustris sua jugera propter
 Trans Altenviedam Comes atque Toparcha
 Saynus.

10 D Eque Gerolsteino Comes hic ratione suorum
 Iuxta Nurburgum, tum circumquaq; benorum,
 Iustenet, atque suum confert ex ordine votum.

11. I llustris Comes à VVeda de lege bonorum
 Per Neuverburgum VVestervaldensibus inq;
 Rupibus, & grēmio summoque cacumine montis.

12. H e Possessores spectant bona plurima propter,
 VVinnenberg, Roesberg, Harde Cardorff,
 Hemmerig & Lintz.
 Hisce bonis sua nunc Comitum, possessio crevit
 Inque diem multum sumit felicibus astris
 Augmentum, Dominosque facit prescribere Plebi,



BEDTBVRGVM.

B Edtburgum Comitis de Salm Residentia, iuxta
 Ervatis undas, strepitantia murmura, ripam
 Iucundus locus est: & habet vicina per arva
 Insignes villas: Dominatus continet in se
 Scilicet hos; Bursdorff, Bucholtz, Erproede, Blerickque
 VVinkelheim, Gattenberg, Auvenheimq;, simulque
 Kirdorff, & Garstorff, Fleistett, Huckelhoven & inde
 Fravveiler; Tali est omnis subjecta Toparche

Eius

44 ARCHID. COLON. STATUS II.

Ejus ē Imperio Comitis, Gens rustica circum.
Qua gerit obsequium pariterque obtemperat olli
In rebus quæscunque, uno sin annuat ore.

Hoc feudo-ligio. Siffrido (a) à Praefule quondam
Investita sicut stirps Reifferscheidica, verum
[Per dotem quamquam ad Dominos Possessio Castris
Tum Limburgenses Comites, tum Nevenar exim
Transiit, hunc hodie Comitatum in Iure priori
Ob motum patrie bellum, (b) post funera demum
Iam dicti Comitis de Nevenar, obtinet usum
De Reifferschida, Comes, Illustrisque Propago,
(Posteritasque dein) cui iurisdictio nunc est

Sentyt arma diu Bedburg incommoda Martis, (c)
Oppidum Castrumque simul, cui nulla pepercit
Machina Bellonæ sed nunc instructa ruina est,
Tempore præterito Comitatus Nobilis, Vna
Arx Comitiis, nam præda fuit pretiosa supellex
Auri ac Argenti, tam VVimmariensibus, Hassis,
Quam Suecis, patriam primo hi vastando fremebant
Exstoliare etiam robustas menibus arces
Æquatasque iugis turrem sed Posthuma Pacem
Amnistia dedit, Damnumque resarcit omne:
Hinc Comes ipse sibi voluit gratiarier, illinc
Rusticus exultans ridentes frugibus agros
Visit, & ubertim collectat in horrea messem,
Hostilem nec habet mucronem Rure timendum
Qui prius extorsit, percuso tergore, nummos
Atque gravi vitam redimi cogebat in ære.

[a] An. 1291, [b] An. 1385, [c] An. 1652.

STATUS